

VIII/1127(6)

DIE XIII. NOVEMBRIS.

IN FESTO

OMNIUM SANCTORUM MONACHORUM
ORDINIS.

S. BASILII MAGNI

Duplex Secunda Classis.

AD VESPERAS.

Antiphona.

Fulgebunt iusti sicut sol. *Cum reliquis de laudibus. Psalmus. Dixit Dominus. Cum reliquis de Dominum, & loco ultimi.*

Psalmus. Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitulum Isa. 8. c.

Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, & in portentum Israel à Domino Exercituum, qui habitat in monte Sion.

Hymnus.

AVete Solitudinis,
Claustrique mites Incolæ,
Qui pertulistis impios
Cœtus furētis tartari.
Gemmas, & auri pondera
Et dignitatum cùlmina
Calcãstis, & fœdissima,
Quæ Mundus offert gaudia.
Vobis olus Cibària,
Fœre, vel legùmina,
Porumque limpha præbuit,
Humùsque dura lectulum,
Vixistis inter Aspides,
Sævique cum draconibus,
Portenta nec terribimè
Vos terruere Dæmonum.
Rebus procul mortalibus,
Mens avolabat fervida,
Divumque juncta carui,
Hærebatur inter fida.

A Sum-

XVIII/1127(6)

DIE XIII. NOVEMBRIS.

IN FESTO

OMNIUM SANCTORUM MONACHORUM
ORDINIS.

S. BASILII MAGNI

Duplex Secunda Classis.

AD VESPERAS.

Antiphona.

Fulgebunt justi sicut sol. *Cum reliquis de laudibus. Psalmus. Dixit Dominus. Cum reliquis de Domini-
on, & loco ultimi.*

Psalmus. Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitulum Isa. 8. c.

Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, & in portentum Israel à Domino Exercituum, qui habitat in monte Sion.

Hymnus.

A Vete Solitudinis,
Claustrique mites Ina-
cola,
Qui pertulistis impios
Coetus furèntis tartari.
Gemmas, & auri pondera
Et dignitatum culmina
Calcastis, & fœdissima,
Quæ Mundus offert gau-
dia.
Vobis olus Cibaria,
Fœre, vel legumina,
Porumque limpha præ-
buit,
Humusque dura lectulum,
Vixistis inter Aspides,
Sævisque cum draconibus,
Portenta nec terèrrime
Vos terrere Demonum.
Rebus procul mortalibus,
Mens avolabat fervida,
Divumque juncta cœtui,
Hærebat inter sidera.
A Sum-

Summo Parènti Cælitum,
Magnaque proli Virginis
Sancto simul Paraclyto,
Sit summa laus, & Glò-
ria. Amen.

ψ. Latèmini in Dòmi-
no, & exultate justì.

R. Et gloriamini om-
nes recti corde.

Ad Magnificat Antiph.

Exulter Omnium
turba Fidelium pro
glòria Almi Patris Ba-
sili, & eorum om-
nium, qui ejus vesti-
gia sunt secuti: Læ-
tentur præcipuè cater-
væ Monachorum, ce-
lebrantes eorum festa
in terris, de quorum
societate Sancti con-
gaudent in cælis.

Oratio.

Concede quæsu-
sumus Omni-
tens Deus, ut ad me-
liorem vitam Sancto-
rum Monachorum ex-
empla nos provocent,

quatenus; quorum so-
lemnia agimus, etiam
actus imitemur. Per
Dominum.

*Ad Martinum Invi-
tatorium.*

Regem Regum
Dòminum, ve-
nite adoremus: * Quia
ipse est corona Sancto-
rum omnium.

Psalmus. Venite.

Hymnus.

JESU Salvator Sæculi
Redemptis ope subuenis
Et pia Dei Genitrix
Salutem pòsce miseris.
Monachorum suffragia,
Omnesque Cives Cælicij
Annuaunt voris Supplicum,
Et vitæ pòscant præmium.
Laus, honor, virtus, glòria
Deo Patri, & Filio,
Sancto simul Paraclyto
In Sæculorum Sæcula.
Amen.

*Antiphona, Psalmi,
& versiculi primi, se-
cundi, & tertii Noctur-
ni, ut in Festo Omnium
Sanctorum in Breviario*

Ro-

*Romano die prima No-
vembris. Lectioes pri-
mi Nocturni. Laudemus
viros gloriosos: ut in
Comm. Confes. Pontific.
secundo loco.*

R. I. Sanctissime Con-
fessor, & Pontifex
Christi Basili, Mo-
nachorum Pater, &
Dux, * Intercede pro
nostra, omniumque
salute.

ψ. Devotæ plebi sub-
veni sancta interces-
sione, ut tuis adjuta
præcibus, Regna cæle-
stia consequatur. In-
tercede.

R. II. Tollite jugum
meum super vos, dicit
Dòminus, & discite à
me, quia mitis sum,
& humilis corde: * Ju-
gum enim meum sua-
ve est, & onus meum
leve.

ψ. Et invenietis re-

quiem animabus ve-
stris. Jugum.

R. III. Hæc est vera
Fraternitas, quæ num-
quam potuit violari
certamine; qui effuso
sanguine secuti sunt
Dòminum. * Contem-
nentes Aulam Regiam
pervenerunt ad regna
cælestia.

ψ. Ecce quàm bo-
num, & quàm jucun-
dum habitare Fratres
in unum. Contemnen-
tes. Gloria Patri. Con-
temnentes.

IN II. NOCTURNO.

*Ex S. Joanne Damas-
ceno.*

*In historia B. Josa-
phat. cap. 2. circa finem.
Lectio IV.*

Beatì isti, ac ter-
beatì; ut qui Dei
amore flagrarunt, at-
que ob ipsius charita-

A 2

tem

tem omnia pro nihilo duxerunt. Siquidem lacrymas profuderunt, dieque, ac nocte in lectu versati sunt, ut perpetuam consolationem adipiscerentur, se ipsos ultro deprefferunt, ut illic in altum attollerentur. Carnes suas fame, ac siti, & vigiliis confecerunt, ut illic paradisi delitiæ & exultatio ipsos exciperent.

R. Sacerdotes Dei benedicite Dominum; * Sancti, & humiles corde laudate Deum.

V. Spiritus, & Animæ justorum hymnum dicite Deo nostro. Sancti &c.

Leitio V.

Spiritus Sancti tabernaculum per cordis puritatem extiterunt: quemadmo-

dum scriptum est: inhabitabo in ipsis, & inambulabo. Seiplos Mundo crucifixerunt, ut ad Christi dexteram starent. Lumbos suos in veritate succinxerunt, atque in promptu semper lampades habuerunt, mortalis sponsi adventum expectantes. Nam cum mentis oculis præditi essent, horrendum illum diem semper prospiciebant; atque tum futurorum bonorum, tum futuri supplicii contemplationem, ita in corde defixam gerabant, ut ab ipsa nunquam divellerentur. Atque hic laborare studuerunt, ut sempiternæ gloriæ competes essent: perturbationum expertes, non secus atque Angeli fuerunt;

runt; ac nunc cum illis quorum imitati sunt Choræas, agunt.

R. Isti sunt viri Sancti, quos elegit Dominus in Charitate non ficta, & dedit illis gloriam sempiternam: * Quorum doctrina fulget Ecclesia, ut sole luna.

V. In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quorum.

Leitio VI.

Beati illi, ac ter beati, quoniam firmis mentis oculis præsentium rerum vanitatem, atque humanæ prosperitatis incertitudinem, & incostantiam perspexerunt; Eaque rejecta, sempiterna bona sibi ipsis condiderunt, ac vitam eam, quæ nunquam

S occidit, nec morte interruptitur, arripuerunt: Hos igitur admirandos, & sanctos viros, nos quoque indigni, atque despicabiles imitari studemus. Verum eorum vitæ Cœlestis fastigium minimè assequimur, sed pro infirmitatis nostræ, ac miseræ facultatis modulo, eorum vitam exprimimus, atque ipsorum habitum gerimus, etiam si opera non assequamur. Etenim Divinam hanc professionem peccatum propulsare, atque incorruptionis per Divinum Baptisma nobis concessæ sociam, & opitulatricem esse, perspicuum habemus.

R. Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus, &

quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum. * Quoniam donum, & pax est electis Dei.

ψ. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi. Quoniam. Gloria Patri. Quoniam.
IN III. NOCTURNO.
Homil. in Evang. Ecce nos reliquimus, ut in comm. Abbatum.

R. VII. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis.

ψ. Vigilate ergo, quia nescitis quâ horâ Dòminus vester venturus sit. Et vos similes.

R. VIII. Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt. * Et nomina eorum vivent in generationem, & generationem.

ψ. Sapientiam Sanctorum narrent populi, & laudem eorum pronunciet omnis Ecclesia. Et nomina eorum. Gloria Patri. Et nomina eorum.

Ad Laudes, & per Horas
Antiphona.

Fulgebunt iusti sicut sol in Regno Patris eorum; dicit Dòminus.

Psalm. Dòminus regnavit, cum reliquis de Dominica.

Antiph. Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum, tamquã

ma-

malum propter Filium hominis; gaudete, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cælis.

Antiph. Gaudent in Cælis animæ Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti, & quia pro ejus Amore sæculum spreverunt, ideò cum Christo exultant sine fine.

Antiph. Sancti Dòmini Dòminum benedicite in æternum.

Antiph. O quàm gloriosum est Regnum, in quo cum Christo gaudent omnes sancti, amici stolis albis sequuntur Agnum quocumque jerit.

Capitulum Isa. 8. c.

Ecce ego, & Pueri mei, quos dedit mihi Dòminus in signum, & in portentum

Israel à Dòmino exercituum, qui habitat in Monte Sion.

Hymnus.

Rex gloriose Martyrum. ut in Commun. plurim. Martyr. ad laudes.

ψ. Exultabunt Sancti in gloria.

R. Latrabuntur in cubilibus suis.

Ad Benedictus.

Antiph.

Vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.

Oratio. Concede, ut supra in vesp.

Ad Tertiam Antiph.

Beati eritis &c.

Capit. Ecce ego.

R. br. **L**ætamini in Dòmino. *

Et exultare iusti. Lætamini. ψ. Et gloriamini

ni

ni omnes recti corde.
Et. Gloria Patri. Lætami-
ni. *ψ.* Exultent ju-
sti in conspectu Dei.
R. Et delectentur in læ-
titia.

Ad Sextam. Antiph.
Gaudent in Cœlis.

Capitulum Ecc. 44.

OMnes isti in gene-
rationibus Gen-
tis suæ gloriam ade-
pti sunt, & in diebus
suis habentur in lau-
dibus.

R. br. Exultent iusti.*
In conspectu Dei. Exul-
tent. *ψ.* Et delectentur
in lætitia. In conspectu.
Gloria Patri. Exultent
iusti.

ψ. Iusti autem in per-
petuum vivent. *R.* Et
apud Dòminum est
merces eorum.

Ad Nonam. Antiph.
O quàm gloriosum est
&c.

Capitulum Ecc. 44.

Filii eorum propter
illos usque in ater-
num manent: semen
eorum, & gloria eorum
non derelinquetur.

R. br. Iusti autem.*
In perpetuum vivent.
Iusti. *ψ.* Et apud Dò-
minum est merces eo-
rum. In perpetuum.
Gloria Patri. Iusti Au-
tem &c.

ψ. Exultabunt San-
cti in gloria.

R. Lætabuntur in
cubilibus suis.

Ad Vesperas Antiph.
Fulgebunt iusti:
Cum reliquis de Laudi-
bus. *Psalmus* Dixit Dò-
minus, cum reliquis de
Dominica, & loco ultimi,
Psalmus, Credidi.

Capitulum, & Hymnus,
ut supra in primis Vesp.

ψ. Exultabunt Sancti
in gloria.

R.

R. Lætabuntur in cu-
bilibus suis.

Ad Magnificat Antiph.

In regeneratione, cum
sederit Filius hominis
in sede Majestatis suæ,
sedebitis, & vos super
sedes duodecim, judi-
cantes duodecim tri-
bus Israel.

Oratio. Concede quæ-
sumus, ut supra.

Dicito, Benedicamus,
Dòmino, Dicuntur Ve-
speræ Defunctorum pro
Commemoratione solempni
in Crastino faciendâ (etiam
si alicubi occurrerit ali-
quod Festum Duplex) pro
Patribus, & Fratribus
Nostræ Congregationis
Defunctis sub ritu Du-
plici, ut fit in Commemo-
ratione Omnium Defun-
ctorum die 2. Novembris
(sed in fine Vesperarum,
dicitur, *Psalmus*, Lau-
da Anima mea, ut in

sine Laudum, dicitur,
Psalmus, De profundis,
Ex Decr. Sac. Rit. Congr.
die 8. Martii 1738.)
Oratio vero unica erit se-
quens, Deus veniæ largi-
tor, sed omittitur,
Propinquos, & Bene-
factores. Per Dominum
nostrum &c.

Si vero Dies crastina
fuerit Dominica, tunc
*Officium prædictæ Com-
memorationis* transfer-
tur in feriam sequentem,
etiamsi alicubi fieri con-
tigerit de aliquo Festo
Duplici, ita ut post Ve-
speras Dominicæ, dicun-
tur Vesperæ Defunctorum.
Matutinum vero post lau-
des Ferie. II. & incipit ab
Invitatorio cum *Psal.* Ve-
nite exultemus, cum
omnibus Nocturnis; &
Antiphonæ duplicantur.

Dicitur *R.* IX. Libera
me Dòmine de morte,
&c.

OR-

ORDINIS SANCTI BASILII.

AD enixas, humillimasque preces P. D. Gabrielis Pansusi Abbatis, & Assistentis Generalis, ac P. Abbatis D. Michaelis Merenda Procuratoris Generalis Ordinis S. Basilii Magni, Sac. Rituum Congreg. Suprascriptum Officium proprium cum Missa Omnium Sanctorum Monachorum dicti Ordinis ab Eminentissimo & Reverendissimo D. Cardinali Tamburino accuratè revisum & examinatum benignè approbavit, ac in omnibus eorum Monasteriis utriusque sexus ritus latini tantum singulis annis die decimatertia Novembris sub ritu Duplici secundæ Classis recitari, & respectivè celebrari posse, ac insuper sequenti die fieri in supra enunciatis Monasteriis Commemorationem Monachorum Defunctorum Ordinis prædicti, benignè indulgè atque concessit. Hæc die 8. Martii 1749.

D. F. CARDINALIS TAMBURINUS PRÆF.

Loco † Sigilli.

A. M. Erba Proth. Apost. Pro-Secret.

Die xii. Maii.

Infesto S. Epiphani
Episc. & Conf.

Missæ Statuit ei Dominus. de commun. Confess. Pontif.

Oratio.

DEus, qui Ecclesiam tuam Beati Epiphani Confessoris, atque Pontificis mira doctrina, & munificentia in pauperes clarificare dignatus es: Da nobis quæsumus, & quæ docuit intellectu conspicerè, & quæ egit imitatione complere. Per Dominum nostrum &c.

Die xix Julii.

Infesto S. Macrinæ V.
Sororis S. P. Basilii.

Missæ. Dilexisti. de commun. Virg.

Die

Oratio.

DEus virginittatis Amator; qui B. Macrinæ Virginis ad tui nominis gloriam vota suscipere dignatus es fac: Nos radios veræ lucis agnoscere, & ad perpetuos charitatis tuæ amplexus feliciter pervenire. Per Dominum nostrum.

Die xxvi. Augusti.

Infesto S. Patriciæ Virginis.

Missæ. Dilexisti. de commun. Virg.

Oratio.

DEus, qui Beatam Patriciam Virginem, terrena omnia contemnentem, cælestis gloriæ corona decorasti: Concede, ut ejus exemplo, tempo-

ralia cuncta despiciens
tes sempiternis gaudiis
petruamur. Per Do-
minum nostrum.

Die xiv. Decembris.
In festo S. Agnelli Ab-
batis.

*Missa. Os just. de com-
mun. Abbatum.*

DEus, qui nos per
B. Agnellum sa-
luciferæ Crucis vexillo
à Barbarorum incurfi-
bus liberasti, te humi-
liter deprecamur, ut
ejusdem præsidio, ab
omnibus invisibilium
hostium insidiis erua-
mur. Per Dominum
nostrum.

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]